



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

& Alexandrum Petroniu[m]. 190

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

bus radijs, multoq; capitis splendore coruscantem. Quo teste libentius hic utimur, quanto maiorem illum, & sanctiorem scimus: quodque nobis eum familiariter notum habuimus: & à quo denique tantos Roma fructus reportauit. Is verò addictissimum se S. IGNATIO filium gerebat: solitus ad ipsum consilij petendi recurrere: & in aduersis in idem solatia quærere. Quæ ipsi abundè, simul illum intuebatur, suppetebant. Decessit hîc DEI seruus, CIO. IO. XCV. VII. Kal. Iun. coluntque eius memoriam festis gaudijs posteris. 190 At multò illud est memorabilius, quod Alexandro Petronio cõtigit, Medico Romæ celebri, & inter IGNATIUM amicos singulari. Decubebat olim graui valetudine impeditus: inq; cubili, ob valuas obseratas, obscuro. Hunc post quàm inuisit

IGNA-

IGNATIVS: relucere diæta nouis
splendoribus visa, obstupescit
ægrum: vt scitari subigeretur: ec-
quænam, & vnde illiusmodi lux
existeret, quam conspicaretur?
Inter quæ confestim æger conua-
luit: idque IGNATIO præsentî ac-
ceptû tulit: etsi clâ habere voluit
donec viueret IGNATIVS. Post
deniq; rê vniuersam detexit, ma-
gna cum defuncti existimatione.
Nec alibi aliud factû. 191 Nã &
Ioannes Pasqualis, eû Barcinone
inter preces sæpe sublimen vidit,
atque tres amplius aut quatuor
dodrantes ab humo elatû, in aëre
ferri, & identidem hæc secum
quiritantem; O DEVS MI, Ô ME
DOMINE: SI HOMINES TE AGNO-
SCERENT!

192 Vaticinio insuper clarus,
præsentit prædixitq; res multas,
quàm fierent. Iturum fortè Hie-
rosolymã adolescens annos nat^{us}